HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 60v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mendatio quō n̄ transiuit ꝑ nos tēpestas ueniens; si tran
sierit. eritis ei in conculcationē, cū transierit tollet uos;
mane ꝑ transiet. die & nocte erit spes pessima, discite
audire qui estis in tribulatione n̄ possumus pugnare.
ipsi aut̄ infirmi sumus ut congregemur. Dixeram uo
bis inquit audite uerbum d̄ni uiri illusores siue tribu
lati. principes ppli mei. & nolite fedus habere cū morte
& pactū cū inferno; qui contempnitis precepta mea.
posuistis mendatiū spem urām & gloriantes immo de
sperantes dicitis. mendatio ꝓtegemur. Idcirco misericors
& miserator d̄ns patiens & multū misericors. nolentib̄
uobis in fundamenta syon lapidē electū & ꝓbatū &
preciosum & angularē missurū esse se dicit. De quo
& apl̄s loquitur. quasi sapiens architectus fundamen
tū posui. Et iterū. fundam̄tum enī aliud nemo potest
ponere p̄ter id qd̄ positū est. qui ē xp̄s iesus. Iste lapis
uere & secundo appellat̄ lapis sic̄ & in leuitico homo
homo bis d̄r. & angularis lapis. quia circūcisionis &
gentiū ppl̄os copulauit. De quo & in psalmo d̄r. lapidē
quē reprobauerūt edificantes. hic factus est in caput
anguli. Isti sunt aut̄ edificantes & cementarii quinc̄
appellant̄ uiri illusores & principes ppli qui ē in ieru
salē. De hoc lapide & in daniele legimus qd̄ scissus sit
de monte sine manib̄. & impleuerit uniuersū orbem.
eo qd̄ diuini germinis dispensatio humanū corpus
assumpserit. & habitauerit in eo plenitudo diuinitatis
corporaliter; sup̄ hunc lapidem qui alio nomine appel
latur petra. xp̄s edificauit ecclesiā. & firmo iuxta hebra
icū fundauit fundamine. in quo qui crediderit n̄ con